



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

6. Qualis debeat esse seu eligi Episcopus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

& Capitulo factam, potest ei jus eligendi competere in collegiata Ecclesia, e. *Sacra Landas* 51 cod.

Item impubes jus eligendi non habent, nec sacris ordinibus non initiati; ut neque suspensi ab homini, seu per sententiam Judicis securus de suspensi per Canonem, non excommunicati majori excommunicative: non irregulariter de quibus in e. *Is cui De fons excommunicat.* in 6. Dependet enim ius dandi suffragii ab ordine & beneficio Felin: ad e. *Apostolica sub n. 16. vers.* *Dum autem dicitur inf. De except.*

2. Non potest etiam quis se ipsum eligere, c. fin. *suo. De confitut.* sicut nec presentare, quia inter dantem & accipientem debet esse distinctio: Nec obstat, e. *Cum jure* 33. b. t. ubi si ex compromissariis tres elegant quartum, quartus electus consentiendo electione de le facta, à media parte elegantium auger numerum, & electionem perficit; quia id obtinet quando proceditur per modum compromissi, securus, dum per modum scrutinii vel quasi inspirationis divine.

Similiter non omnes eligi possunt: ut in primis Laici, can. 1. *Diff.* 61. nisi ex causa, can. *Statuimus* §. 1. d. *Distinct.* non excommunicati majori vel minori excommunicatione: non suspensi, e. per inquisitionem 26. h. t. & e. *Cum dilectus* 8. sup. *D confitutidine:* non interdicti, vel impedimento aucto vitio corporis effecti, quo nequeant ministerio interficere: reprehensibilis: non curialis: non neophytus in fide, id est qui nuper fidem Christianam amplexus est, ne in superbiam erigatur: qui non morbo contagioso vel incurabili laborat: non irregulans: non scismaticus, etiam ad unionem Ecclesiarum sit reversus: licet ex dispensatione possit confirmari, e. *Quia diligenter* 5. h. t. Non Simoniacus, publicas aleator, sacrilegus, usurarius: non illegitimus; ralempique eligentes, nisi probaverint se ignorantibus elegisse, incident in pœnas Concilii Lateranensis, e. *Innotuit* 20. h. t. Non denique alio aliquo criminis notatus ex ijs, que enumerantur in can. *Qui in aliquo Distinct.* 51. Licerent in Abbarem vel Priorum Regularum eligi nequeat novicius, non profensus Regularum, can. *Presbyteros* XVI. q. 1. e. *Cum causam* 27. & e. *Cum in Magistratum* 49. h. t. in Episcopum tamen elegi potest. e. *Nullus*

28. b. t. in 6. In prælatum vero Regularem non potest eligi non Monachus, e. *Cum ad nostram* 37. b. t. sicut nec in Abbatem non instruens in Regula Monachali, Officii 38. h. t. Habeo etiam plures dignitates vel beneficia curata, sine dispensatione eligi potest, e. *Dudum* 54. h. t. Quod si vero electi alius casu fuerit, non vitio personæ, sed electionis modo, item eligi potest: securus si vitio personæ, e. *super eo* 12. h. t.

§. VI.

Qualis debeat esse seu eligi Episcopus.

1. *Debet in primis esse justa statis, probata vita & scientia.*
2. *Quenam requiratur scientia.*
3. *Panna elegantium indignum.*

1. Ligendus in Episcopum debet esse legitime natus, tricelimum annum aetatis excessisse, probata vita & scientia, e. *Cum in cunctis* 7. & c. *Innotuit* 20. h. t. & aliis qualitatibus praedictis, quia juxta sacros canones, can. *Qui Episcopus Diff.* 23. (Cubi plurima referuntur) & Conc. Trid. *Seff.* 14. c. 1. *Dereform* & *Seff.* 7. c. 1. *Dereform* ac insuper in ordine Subdiaconus, & quidem sex mensum spatio ante electionem, Conc. Trid. *d. Seff.* 12. c. 2. *De reform.* Vbi latius videatur, quæ & quanta eligendo scientia requiratur, sicut & in can. *Qui Episcopus Diff.* 23. can. *Qui Ecclesiastis* §. *ecce diff.* 36. can. *Omnes Diff.* 38. Debet autem in genere esse talis & ciuitatis, ut munus sibi injungendi necessitate satisfacere possit.

3. Debent vero electores, quantum in se est adnitit, ut semper dignissimi elegantur, juxta communem sententiam, tam Theologorum quam Canonistarum, de qua vide Covar. *ad reg. Peccatum* p. 2. b. 7. n. 4. nam alias totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inventatur in capite Conc. Trid. *Seff.* 24. cap. 1. Eligeant scienter indignum, pro prima vice sunt ipso jure privati potestate eligendi. e. *Cum Vintoniensis* 25. h. t. & ab Ecclesiastibus beneficis obtentis in illa Ecclesia, ad quam fuit facta electio, per triennium suspensi. Nec possunt interim ad aliquam dignitatem in eadem Ecclesia, securus in alia, eligi vel assumi, e. *Cum in cunctis*

F

junctio

junctio e. Per inquisitionem 26 b. t. defectumque
Capituli supplet Episcopus, d. e. Cum in cunctis
§. Clerici sanè.

§. VII.

De Confirmatione Electi.

1. & 2. Qui & à quibus confirmandi.
3. pœna ingerentium se administrationi Ecclesie, omissa confirmatione.
4. Ordo petenda confirmationis.
5. Quod observari debet, cuius jus est confirmandi.
6. Ante confirmationem citandi contradictores.
7. Confirmatis potestas ante consecrationem

Electione Canonicè peracta & publicata, priusquam electus Ecclesiæ administratio si se immisceat, necessariò confirmati debet, & Post quam 3. b. t. à suo scilicet superiori cui subiecitur: ut Abbas aliquae inferiores, ab Episcopo: nisi probent exemptionem. **Cum monasterium** 13 b. t. Innoc. in e. **In singulis** n. 3. inf. **De statu Monach. Pat. Decis.** 39. **De præbendis:** & jure communii antique Episcopus a suo Archiepiscopo, e. **Cum delectus** 32. b. t. Archiepiscopus à suo Patriarcha vel Primate, can. **Mos antiquus Distinct. 95.** Patriarcha à summo Pontifice e. **Scriptum** 40. b. t. vel Legato in provia. e. a sicut & quilibet immediate subjecti summo pontifici, vel quorum confirmationem singulari jure pontifex sibi reservavit: pro ut sibi reservavit confirmationem Episcoporum Germania, vigore Concordatorum e. **Nihil** 44. §. **caterum** b. t.

2. Hodie vero postquam Romani Pontifices per secundam Regulam Cancelleriarie sibi generiter omnes Ecclesiæ Patriarchales, Primatales, Archiepiscopales & Episcopales, reservarunt, omnium horum confirmatio vel institutio ab ipso summo Pontifice petenda est; sive electi fuerint, ubi adhuc viget mos eligendi; sive nominati & designati ex privilegio à Principibus, Regibus, Imperatoribus vel alijs patronis.

3. Quod si, omessa confirmatione, electus, per se vel per alium in totum vel partem, sub quocumque colore vel praetextu, id est, sive titulo electionis, sive titulo procuratoris vel economi, administrationi Ecclesiæ se ingesserit, ipso jure privatur jure sibi per electionem qualitudo, e. **Nofti** 9. **Qualiter** 7. b. t. e. **Avaritia**

cod. in 6. quia non ipse sibi honorem asserere, sed vocari tanquam Aaron, d. e. **Qualiter.** Et quia eo casu callatur electio, vitio personæ, non autem electionis, redditur quoque ineligibilis & inhabilis ad eandem aut aliam Ecclesiæ, secundum e. **Super eo** 12. b. t. Abb. in d. e. **Qualiter** n. 8. Eaque pœna obtiner in quocumque electo ad cathedralē Ecclesiæ, & ad aliud quocumque beneficium electivum, Franc, in d. e. **Avaritia** n. 2. **Crescent.** **Decis.** 6. n. 11 & 12. **De jurepatron.** Nec potest recipi ab Ecclesiæ, recipientesque ipso iure privari potestate eligendi pro ea vice **Gloss.** in c. **Bona memoria** 23. in **V licentiam** b. t. e. **Quando** & ibi **Glos.** in **V suspendimus** inf. **De translat.** Episcop & mandanti suspensi à suorum beneficiorum perceptione, donec Sedes Apostolicæ meruerint gratiam obtinere **extravag** b. t. in **Com Excipiuntur** tamen ij, qui extra Italiā in concordia electi a summo Pontifice confirmandi sunt: quibus ob Ecclesiārum necessitatem & utilitatem facta est potestas administrandi Ecclesiæ, tam in spiritualibus, quam in temporalibus; sic tamen, ut de rebus Ecclesiasticis nihil penitus alienent, d. e. **Nihil** §. **Caterum** b. t. **Quod** à Bonifacio VIII. ad Abbatissas certo modo porrectum est, e. **Indemnitatis**, §. si verò & §. **caterum** eod. in 6. Excusantur etiam à dicta pœna si administretur de licentia legitimi superioris, **Gloss.** in d. e. **Avaritia** V. **procurationis** & ibid. Atchid. vel electo competenter, ex privilegio vel consuetudine, administratio Ecclesiæ vacantis, Joan. Andri. in d. e. **Avaritia** & u. Franc. subn. 2, circa finem vers. in eadem: & **Gloss.** ibidem ponit sex casus, in quibus electo concessa est administratio. Non sufficit etiam, ad prædictam pœnam incurram, accepisse possessionem ante confirmationē, vel constitutum esse & economum vel procuratorem: sed probanda est administratio defacto in spiritualibus vel temporalibus ut tradit. **Glossa** in d. e. **Avaritia** 5. in **V eo ipso.** & ibidem Franc. n. 5.

Dixante, electione Canonicè peracta, quia nullus nisi Canonicè electus confirmandus est, can. **Nullus Dist.** 62. & ibi **Archid.** & **Geminianus.** Quod si verò quis Canonicè electus, confirmatus fuerit, an gesta per eum valeant, vide **Canor.** in d. e. **Nullus** b. t.

4. Ordo petendæ confirmationis hic præscribitur